



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. I. Advertenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

N.
610.

sint rationes, quibus negatur: eo modo quo in exemplo, quod in materia iustitiae passim admittitur, in dubio directo, an res sit Petri, vel Pauli, statim pro possidente; ita ut propter rationem reflectentem supra possessionem, quam Petrus habet, & Paulus non habet, decernitur pro Petro, non pro Paulo; licet directe loquendo,

aeque dubium sit, an sit Petri, an Pauli. Idem accidit in casu nostro, in quo accedentibus reflexis principiis, quibus evincitur licitus usus opinionis directe minus probabilis, licet cum sequor, & iudicium illud reflexum, quo licitum iudico usum opinionis directe minus probabilis, non tantum est probabilis, sed moraliter certum.

DISPUTATIO IX.

DIGRESSIO THEOLOGICA.

An nostrae Fidei mysteria sint non tantum evidenter credibilia, sed etiam evidenter vera?

SUMMARIUM.

Occasio huius digressionis, & quid libertas exercitij, & specificationis? n. 1.

N. 1.



M. Mer.

OCASIONEM huic digressioni dat mihi, tam id quod diximus pro possibilitate peccati infidelitatis, sive positive, sive negativae, tum id quod diximus contra M. Mercorum supra, ubi responsa Adversariorum retulimus, negantem intellectui habenti evidentiam signorum, seu credibilitatis, negantem, inquam, libertatem exercitij; si enim probaverimus mysteria nostrae fidei non esse evidenter moraliter vera, utique probabimus intellectum esse liberum, tum ut credat, aut non credat nostram fidem, quae est libertas exercitij, tum ut credat nostram fidem, aut ut credat articulos falsos, quae est libertas specificationis; quae utraque libertas exercitij, & specificationis vocari communiter solet contradictionis, & contrarietatis. Hoc autem ipso multo magis vera erit sententia philosophica affirmans, quod intellectus possit assentiri, aut non assentiri, aut assentiri opposito, ex voluntatis imperio, sive sit eque, sive minus credibile, & probabile.

SECTIO I.

Advertenda, & vera sententia.

§. I.

Advertenda.

SUMMARIUM.

Credibile quid? n. 2.

Motiva credibilitatis possunt multipliciter se

habere ad intellectum, n. 3.

Judicium evidens, & prudens credibilitatis, & credenditatis quid? Ibid.

Falsum, nil credi posse, nisi sit evidenter credibile, n. 4.

Possunt duo contradictoria esse evidenter simul credibilia, non credenda, cur? n. 5.

Evidentia objectiva, alia est absoluta, alia respectiva; quid? n. 6.

Non requiruntur eadem motiva credibilitatis, ut idiota credat, quae ut sapiens credat; DD. n. 7.

M. Soto ait, quod certitudo moralis constatur ex diversis simul conjecturis pro arbitrio sapientum, n. 8.

Quod uni est evidens, potest non esse alij: acuta paritas Richardi, n. 9.

Quod uni ad certitudinem satis est, non satis alteri, ibid.

Si idiota habere deberet evidentiam absolutam credibilitatis, raro teneretur credere, ibid.

Ut quis teneatur obedire, satis est certitudo moralis, n. 10.

Certitudo moralis saepe ex unius testimonio constatur, ibid.

Valde differunt, est evidenter credibilis revelatio, & mysteria; est evidens revelatio, & mysteria, n. 11.

Certum est nostram fidem esse evidentiâ absolutâ prudenter credibilem, n. 12.

Motiva credibilitatis, & DD. n. 13.

Quid evidentia scientifica stricta? n. 14.

Obiectio, n. 15.

Premisse unde ego infero hanc consequentiam, mysteria sunt prudenter credibilia, ibid.

Principium Ethicae Christianae, n. 16.

Myster.

Mysteria sunt evidenter credenda, cur? num.
17. & 18.

Principium in quo fundatur obligatio operandi honeste, ibid.

Satis est certitudo moralis legis, ut teneat obedire, n. 19.

Quid evidentiā metaphysica, physica, moralis juxta alios? n. 20.

Rejicio, n. 21.

Evidentiā in genere est adeo clara objecti apparentia, ut nunquam falli possit, excludens imprudentem etiam formidinem, n. 22.

Evidentiā metaphysica, & moralis juxta me quid? Ibid.

Evidentiā moralis differt a certitudine morali, quod illa excludit etiam stultam formidinem, hac non nisi prudentem, n. 23.

Diversa est certitudo moralis juxta diversitatem materia, n. 24.

Discrimen inter certitudinem moralem, & evidentiā moralem, n. 25.

Aliud est evidentiā credibilitatis, aliud veritatis, n. 26.

Exemplum Concilij Africani, n. 27.

Tridentinum ait, fidei non posse subesse falsum, ibid.

Probabile, & moraliter certum differunt, & quid utrumque? n. 28.

A morali evidentiā tenet illatio ad moralem certitudinem, non econtra; similiter ab evidentiā veritatis ad evidentiā credibilitatis, non econtra, n. 29.

A non evidentiā veri, & non evidentiā falsi, non valet ad probabilitatem, quia inter evidenter verum, & evidenter falsum mediatur moraliter certum, ibid.

Cur omnes secta comparata cum nostra fide sint evidenter prudenter incredibiles? n. 30.

Argumenta, quae pro nostra fidei credibilitate sunt, opposito modo sunt contra alias sectas, n. 31.

Quatuor nota vera Ecclesiae, n. 32.

Status questionis est de evidentiā credibilitatis absolutā; explico, n. 33.

Per Religionem Catholicam venit hic complexum omnium, sive juris naturalis, sive supernaturalis, quae Religio Romana docet, n. 34.

Licet per me ex evidentiā dicti Divini inferatur evidentiā rei dictae, hic tamen utrumque perinde est, n. 35.

Tenenda semper differentia inter evidentiā moralem, & certitudinem moralem, n. 36.

N. 2. **P**rimum est explicare hos terminos, credibile, prudenter credibile, evidenter prudenter credibile, credendum, evidenter credendum. Credibile est, quod credi po-

test, sicut amabile, & cognoscibile est, quod amari, & cognosci potest: sicut autem amabile sumi potest tum efficienter, seu pro causa, quae potest amare, tum objective, seu pro bonitate movente ad amorem; ita credibile sumi potest tum efficienter pro causa producente judicium credibilitatis, quae est intellectus, species impressa, & similia; tum objective, seu pro motivo talis judicii credibilitatis. Vide P. Suar. d. 2. de Fide sect. 2. n. 8. Possunt autem motiva credibilitatis multipliciter se habere ad intellectum: 1. ita ut sint apta movere illum ad judicium credibilitatis prudenter eliciendum, seu ad actum judicii, quo judico honestum credere hoc; & tunc objectum dicitur prudenter credibile: 2. ita ut moveant ad judicium evidens credibilitatis, seu ad actum evidentem, quo judicem honestum esse credere hoc objectum, & tunc objectum dicitur evidenter prudenter credibile: 3. ita ut sint apta movere non tantum ad judicium evidens prudentis credibilitatis, seu ad actum evidentem, quo judicem honestum esse credere, sed etiam ad evidens judicium credenditatis, seu ad actum evidentem, quo judicem me obligari hic, & nunc credere tale objectum, & tunc objectum dicitur evidenter credendum. Ut enim notat Caram. lib. 1. Theol. Mor. Fund. a n. 168. pag. mihi 75. et si Veteres non distinxerint inter credibilitatem, & credenditatem, immò per credibilitatem intellexerint etiam credenditatem, sunt tamen duo diversa, unum enim dicit posse, aliud debere credi. Hinc patet falsum esse, quod docuit M. Mercor. citatus à me sect. 5. §. 1. & impugnatus, qui docuit nil credi posse, nisi sit evidenter credibile; falsum, inquam, est, quia aliud est credibile, aliud evidenter credibile, sicut aliud est amabile, aut verum, aliud est evidenter verum, aut amabile. Rursus falsum est non posse ambo contradictoria esse prudenter credibilia; possunt enim, esto implicet ut ambo sint credenda; immò possunt ambo esse evidenter prudenter credibilia, nisi evidentiā unius tanta sit, ut reddat prudenter incredibile oppositum, ut accidit quoties præter evidentiā credibilitatis datur evidentiā credenditatis, tunc enim oppositum non est prudenter credibile; alias posset prudenter credi à me oppositum illius, quod teneor credere. De cætero posse utrumque oppositum esse simul evidenter prudenter credibile, est adeo certum, ac certum sit, possibile esse Petrum currere, possibile esse Petrum non currere; & ac certum sit duo objecta honesta inter se diversa posse simul esse amabilia.

Secun-

N. 3.
P. Suar.

Caram.

M. Mer.

N. 4.

N. 5.

N. 6. Secundum est evidentiam objectivam motorum aliam dici absolutam, seu speculativam, aliam respectivam, seu practicam, aut subjectivam. Evidentia absoluta credibilitatis, & credenditatis dicitur illa, quæ habet talia motiva, quæ si recte penetrantur, satis sunt respectu cujuscumque intellectus, ut moveant ad judicium evidens prudentis credibilitatis, & credenditatis; ita ut quilibet evidenter judicare possit tale objectum esse credibile, & credendum. Evidentia respectiva credibilitatis, & credenditatis est, quæ nititur talibus motivis, quæ quidem non sunt apta ad generandum in quolibet judicium evidens credibilitatis, & credenditatis; attamen respectu hominis idiotæ satis sunt ut moveant ad dictum evidens judicium credibilitatis, & credenditatis. Si datur evidentia absoluta, res dicitur evidenter absolute credibilis, & credenda à quolibet. Si datur evidentia tantum respectiva, res dicitur evidenter respectivè credibilis, & credenda ab eo, respectu cujus ea motiva pariunt evidentiam credibilitatis, & credenditatis.

N. 7. Porro non requiri eadem fundamenta credibilitatis ut credat idiota, quanta, & qualia ut credat vir doctus, est certum apud P. Suar. T. T. ut in terminis tradunt P. Suar. *dist.* 4. de Fide *sect.* 5. n. 7. P. Ripald. P. Gaspar. Hurt. P. G. Hurrad. *d.* 3. *diffic.* 3. §. *fatetur*, P. Card. *tom.* 4. *d.* 14. P. Card. *cap.* 1. 2. & 3. P. Moya *tom.* 2. *tr.* 6. *d.* 5. *qu.* P. Moy. 2. §. 4. n. 17. in doctis enim evidentia credibilitatis est ex vi argumentorum; in idiotis autem ex levioribus motivis; ut enim idiota formet judicium evidenter prudens credibilitatis, satis sæpe illi erit testimonium Patris, vel Parochi, vel Concionatoris. Quare non est audiendus Filgueira, qui in *Lucernâ* exponens vigesimam tertiam damnatam ab Innoc. XI. contra bonam Theologiam, ait subiacere damnationi opinionem, quæ asserit in pueris non requiri evidentiam credibilitatis; si enim loquatur de absolutâ, hæc non requiritur, imò hæc non datur, nisi in paucis, pauci enim sunt, qui pleraque, aut omnia credibilitatis motiva pro existentia revelationis considerant, ut dixi in Tract. de Fide: ergo opinio asserens non requiri evidentiam absolutam credibilitatis, non erit subiecta damnationi. Vel loquitur de respectivâ, & hanc Doctores citati non negant, imò aperte asserunt requiri; & ideo Dom. Soto in 4. *dist.* 27. *qu.* 1. *art.* 3. *pag.* mibi 108. dixit certitudinem moralem colligendam ex diversis simul conjecturis pro arbitrio sapientum; ergo non ex iisdem in omnibus. Hoc ipsum patet in evidentia; quod enim uni non

est evidens, est evidens alteri; nam, ut acute Richard. *lib.* 1. de Trinitate scripsit, sunt humani intellectus, sicut & corpori vilis, inter se differentes, ita ut quod unus non attingit, attingit alter, & ideo passim videmus aliquos tradere demonstrationes, quas alij non vident, etiam in rebus abstractis: ita Scotus putat se demonstrare mysterium Trinitatis, immò ejus discipulus Michael de Medina, vir utique doctissimus, *lib.* 1. de rectâ in Deum Fide, Scoti rationes asserat esse analyticas demonstrationes. Hæc Richard. Ut ergo hoc contingit in evidentia, ita multo magis in certitudine; atque adeo quod uni sufficit ad certitudinem, non sufficit alteri, & e contra. Addo etiam Herinx *tom.* 3. *d.* 3. de Fide n. 61. dicentem, quod in simplicibus satis est ad evidentiam credibilitatis eorum capacitati proportionatam, quod articulus proponatur à Parocho, cui ipsi omnino fidunt: & si contingat proponi simul articulum falsum, verus creditur fide supernaturali, falsus fide naturali. De reliquo, si ut idiotæ credere teneantur, præhabere deberent evidentiam absolutam credibilitatis, vix unquam credere tenerentur, ut bene Herinx; immò neque hoc necessarium est in doctis, ut omnia credibilitatis motiva sciant. Addo certum esse, quod ut quis teneatur parère alicui præcepto, immò ut quis prudentissimè operetur, satis est certitudo moralis, quæ sapissime ab uno solo homine habetur; ita ut adorem Hostiam expositam, satis est prudens de consecratione judicium, quod fundatur in probitate consecrantis; ut venerer patrem, satis est testimonium matris asserentis hunc esse meum patrem; ut absolvam, satis est ut poenitens ex corde dicat se dolere; ut ministrem non jejuno Eucharistiam, satis est si unus doctus Medicus dicat, infirmum morbo lethali correptum. Ex quibus, & alijs exemplis evidenter constat, quod sicut certitudo moralis sæpe ex unius tantum testimonio habetur, & quilibet illi nitens prudenter operatur, immò operari sæpe tenetur; ita etiam Parochi testimonium sæpe facit certitudinem moralem respectu rusticorum, nec aliud motivum habere debet, ut credat.

Tertium est duo esse inter se prorsus diversa: Est evidenter credibilis revelatio Dei, & mysteria, & utriusque existentia. Est evidens revelatio, & mysteria, & utriusque existentia. Nè ergo fiat confusio, fac ut evidentia cadat immediatè supra credibilitatem revelationis, & mysteriorum, non autem supra revelationem, & mysteria: in quo lapsus est P. Eliz. Porro mysteria, & P. Eliz. revela-

revelationem Dei esse evidenter credibilia, & credenda, evidentiâ absolutâ, (nam de respectivâ loquimur, dum explicabimus damnas ab Innoc. inter quas una est, quod ad credendum satis sit probabilis tantum notitia de revelationis credibilitate) id est, tali evidentiâ, ut intellectus quicumque evidenter judicare possit honestum, & obligatorium esse credere illa: est veritas Theologis indubitata; ita P. Suar. d. 4. de Fide sct. 2. n. 4. & sct. 3. & omnes alij cum S. Thomâ 2. 2. qn. 1. art. 4. ad 1. dicente, *Non credent, nisi viderent hoc esse credibile*: ergo est evidens ea esse credibilia. Rursus quod sint evidenter credibilia constat; quia illud est prudenter credibile, quod tot, & tantis fulcitur motivis, ut sint apta quolibet prudentissimum movere ad credendum; ita se habent revelatio, & mysteria; ergo sunt prudenter credibilia. Maior est definitio rei prudenter credibilis. Minor patet motivorum inductione, quæ sunt, antiquitas, veritas, sanctitas, efficacia nostræ fidei, eminentia, & multitudo testium, copia miraculorum, & similia, quibus nostra fides illustratur, ea-que diserto calamo exponunt Doctores Scholastici, & Dogmatici, inter quos P. Valent. C. Bellarm. lib. 4. P. Suar. d. 4. P. G. Hurt. d. 3. diff. 4. P. Hurt. de Mend. d. 21. §. 112. Gonet. P. Maur. P. Ardekin, Caram. lib. 1. Theol. Mor. Fund. Fundamento 3. a pag. 73. & lib. 2. Fundam. 46. a n. 2337. Thom. Bzovius, S. Thom. 1. contra Gent. cap. 6. & alij. Similiter quod nostra mysteria non tantum sint prudenter credibilia, sed etiam evidens sit ea esse talia, patet. Illud est evidens evidentiâ scientificâ strictâ, (quæ non est, nisi cognitio certa, & evidens rei per causam) quod per præmissas evidenter continentur causam ipsius conclusionis probatur: sed h. c. propositio, *Mysteria nostra sunt prudenter credibilia*, est talis; ergo est evidens evidentiâ strictâ. Minor patet; quia præmissæ, quibus ea veritas probatur, sunt istæ: Ea veritas est prudenter credibilis, quæ invincibiliter apparet habere pro se talia motiva, ut quilibet virum prudentem ad sui fidem movere possint: sed hæc veritas, *Mysteria nostra sunt prudenter credibilia*, apparet habere dicta motiva. Ecce maior est evidens, est enim definitio rei prudenter credibilis ab omnibus admisa. Minor etiam est evidens, nam hoc ipsum apparet: ergo etiam consequentia est evidens.

Dices non esse evidens dari miracula, martyria, sanctitatem supernaturalem: ergo non est evidens mysteria esse credibilia. Sed contra: quia confunditur iudicium reflexum

cum directo. Fateor non esse evidens, sed esse tantum moraliter certum, ea motiva dari: at ego non deduco eam consequentiam, *Ergo mysteria sunt prudenter credibilia*, ex hac minori, *dantur ea motiva*, sed ex hac, *apparet dari*, quæ est evidens. Dico enim quod licet ea non darentur, & ego invincibiliter iudicarem ea dari, adhuc fides esset evidenter credibilis; suppositâ enim eâ cognitione formo syllogismum evidentem; quo modo hoc iudicium, *Hæc Hostia est adoranda*, est evidens, licet præsupponere possit cognitionem falsam, non ut præmissam, sed ut conditionem; ita enim arguo: Hostia, quæ invincibiliter apparet consecrata, ita ut de ejus consecratione prudenter dubitare non possim, est adoranda; hæc ita apparet; ergo est adoranda. Maior est evidens principium Ethicæ Christianæ, adorandum, obediendum, quoties apparet indubitanter existentia consecrationis, & præcepti, de quâ non possum nisi stultè dubitare. Ita in casu nostro: illud est credibile, quod apparet habere talia motiva, de quorum existentia non possum nisi stultè dubitare: fides apparet habere talia motiva; ergo est incredibilis. Utraque præmissa est evidens; ergo etiam consequentia. Cave ergo, ne confundas iudicium de existentia motivorum, quod est tantum moraliter certum, non autem est evidens, immò posset etiam esse falsum, & quod supponitur ut conditio, non ut præmissa, cum præmissis, ex quibus illa conclusio, *ergo fides est credibilis*, deducitur evidenter. Quando ergo dicitur fidem esse evidenter credibilem, est cognitio reflexa, & est idem ac dicere: Mihi, suppositâ morali certitudine de existentia motivorum, est evidens eam esse credibilem.

Demum quod existentia revelationis, & mysteriorum sit non tantum evidenter prudenter credibilis, sed etiam quod sit evidens ea esse credenda, ut omnes docent, patet; quia licet non sit idem credibile, & credendum, ut bene P. Suar. d. 4. de Fide sct. 2. n. 7. & Caram. l. c. lib. 1. pag. mihi 75. nam differunt; attamen eo ipso quod nostræ fidei mysteria sunt evidenter credibilia, sunt etiam evidenter credenda, ut scit S. Thom. 2. 2. qn. 2. licet enim præceptum fidei sit supernaturale, attamen suppositâ credibilitate objecti fidei, ratio naturalis evidenter ostendit objectum illud esse credendum. Quod ergo ea mysteria sint credenda, probatur; quia quilibet tenetur credere suo Superiori loquenti, quoties est evidenter prudenter credibile cum loqui, & non nisi stultè negari potest cum loqui: sed Deum loqui est evidenter

N.

7. Suar.

S. Tho.

N.

13.

P. Val.

C. Bellarm.

P. Suar.

P. G.

Hurt.

Gonet.

P. Maur.

P. Ardekin.

Caram.

lib.

1.

Theol.

Mor.

Fund.

Fundamento

3.

a pag.

73.

& lib.

2.

Fundam.

46.

a n.

2337.

Thom.

Bzovius,

S. Thom.

1.

contra

Gent.

cap.

6.

& alij.

Similiter

quod

nostra

mysteria

non

tantum

sint

prudenter

credibilia,

sed

etiam

evidens

sit

ea

esse

taliam,

patet.

Illud

est

evidens

evidentiâ

scientificâ

strictâ,

(quæ

non

est,

nisi

cognitio

certa,

&

evidens

rei

per

causam)

quod

per

præmissas

evidenter

continentur

causam

ipsius

conclusionis

probat-

ur:

sed

h. c.

propositio,

*Mysteria**nostra**sunt**prudenter**credibilia*,

est

talis;

ergo

est

evidens

evidentiâ

strictâ.

Minor

patet;

quia

præmissæ,

quibus

ea

veritas

probat-

ur, sunt

istæ: Ea

veritas

est

prudenter

credibilis,

quæ

invincibiliter

apparet

habere

pro

se

taliam

motiva,

ut

quolibet

virum

prudentem

ad

sui

fidem

movere

possint:

sed

hæc

veritas,

*Mysteria**nostra**sunt**prudenter**credibilia*,

apparet

habere

dicta

motiva.

Ecce

maior

est

evidens, est

enim

definitio

rei

prudenter

credibilis

ab

omnibus

admisa.

Minor

etiam

est

evidens,

nam

hoc

ipsum

apparet:

ergo

etiam

consequenti-

a est

evidens.

Dices

non

esse

evidens

dari

miracula,

mar-

tyria,

sanctitatem

supernaturalem:

ergo

non

est

evidens

mysteria

esse

credibilia.

Sed

contra:

quia

confunditur

iudicium

reflexum

cum

directo.

Fateor

non

esse

evidens,

sed

esse

tantum

moraliter

certum,

ea

motiva

dari:

at

ego

non

deduco

eam

consequentiam,

*Ergo**mysteria**sunt**prudenter**credibilia*,

ex

hac

minori,

*dantur**ea**motiva*,

sed

ex

hac,

*apparet**dari*,

quæ

est

evidens.

Dico

enim

quod

licet

ea

non

darentur,

&

ego

invincibiliter

iudicarem

ea

dari,

adhuc

fides

esset

evidenter

credibilis;

suppositâ

enim

eâ

cognitione

formo

syllogismum

evidentem;

quo

modo

hoc

iudicium,

*Hæc**Hostia**est**adoranda*,

est

evi-

dens, licet

præsupponere

possit

cognitionem

falsam,

non

ut

præmissam,

sed

ut

condi-

tionem;

ita

enim

arguo: Hostia,

quæ

invincibiliter

apparet

consecrata,

ita

ut

de

ejus

consecratione

prudenter

dubitare

non

pos-

sim,

est

adoranda;

hæc

ita

apparet;

ergo

est

adoranda.

Maior

est

evidens

principium

Ethicæ

Christianæ,

adorandum,

obedi-

endum,

quoties

apparet

indubitanter

existentia

consecrationis,

&

præcepti,

de

quâ

non

possum

nisi

stultè

dubitare:

fides

apparet

habere

taliam

motiva;

ergo

est

evidenter prudenter credibile, suppositis motivis credibilitatis, nec nisi per summam imprudentiam negari potest eum loqui: ergo quilibet, cognitis motivis per quæ sit evidenter prudenter credibile Deum loqui, tenetur credere Deum loqui, & mysteria, quæ Deus loquitur.

- N. 18. Quod autem evidens sit mysteria nostræ fidei esse credenda, patet; quia hæc maior, Quilibet tenetur credere Superiori loquenti, quoties est evidenter prudenter credibile eum loqui, est evidens; est enim principium Ethicæ ab omnibus admissum, ut probat C. de Lugo d. 5. de Fide n. 58. & in eo fundatur obligatio honestè operandi. Ut enim quis obligetur ex. gr. parere Superiori, cum revereri, honorare parentes, subvenire pauperi, reddere alienum, non est necessaria evidentiā de existentia legis, de legitimitate Superioris, de paternitate, paupertate &c. sed satis est evidentiā de prudenti credibilitate existentia legis, legitimitate Superioris &c. ita ut non nisi imprudenter dubitare, vel negare possim, existere legem, legitimum esse Superiorem &c. ergo ut quis prudenter operetur, & obligetur ad ita operandum, non est necessaria evidentiā legis, præcepti &c. sed satis est, quod sit evidenter prudenter credibilis existentia legis, ita ut de eā existentia non nisi imprudenter dubitare possim. Si ergo tenemur legi obedire, quoties est evidenter credibile eam dari; multo magis tenemur credere Deo existentiam revelationis, & mysteria revelata, quoties est evidenter credibile Deum revelasse, & dari revelationem; licet non sit evidens Dei revelatio, & existentia revelationis, quia non adest fundamentum prudens dubitandi de existentia revelationis, & rei revelatæ. Minor etiam est evidens; est enim evidens, Deum loqui, esse evidenter prudenter credibile, nec nisi stultè negari posse Deum loqui. Quod autem dixi, quod ut lex obliget, satis sit certitudo moralis, certum prorsus est jam de lege traditā, & ferè omnium usu admittā, quā de lege scriptā; ut constat ex
- Triden. Trid. citato à me d. 3. n. 4. ex solā enim traditione constat confessionem mortalis Eucharistiæ præmittendam, si potest, ut rectè
- Neuff. Alex. VII. Neuff. d. 1. n. 30. & ideo sanctè ab Alex. VII. damnata fuit, non esse evidens, intellige moraliter, quod consuetudo non edendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget, etsi enim evidens non sit, est moraliter certum ex traditione & usu pro Regionum diversitate.
- N. 20. Quartum est, evidentiā dividi in metaphysicā, physicā, & moralem; in quam divisionem sicut omnes veniunt, ita pauci

in definitionem ejusdem, ut videre est apud P. Val. tom. 4. & P. Petr. Hurt. d. 11. de Fide, C. de Lugo d. 1. de Fide n. 311. & 316. & d. 2. n. 10. Sunt plerique, qui dicunt metaphysicā esse, quæ nec supernaturaliter falli potest, ex. gr. quodlibet vel est, vel non est physicā, quæ naturaliter falli nō potest, potest tamen supernaturaliter, ex. gr. ignis applicatus comburit; moralem, quæ licet si ne miraculo falli possit, vix tamen aliquando fallit, ex. gr. tali centies jacti similem numerum non semper reddunt. Ita C. de Lugo d. 2. n. 40. & Caram. lib. 4. Theolog. Mor. Fund. in Dialecti de Non-Certitudine a n. 340. pag. mihi 131. Sed hæc explicatio merito rejicitur qu. 22. de Fide à P. Mauro celebri Aristotelis Commentatore, quia plura physicè, aut moraliter tantum evidentiā nec supernaturaliter falli possunt, ita cognitio de meā existentia, quæ cognitio est tantum physicè evidens; & cognitio de existentia Romæ, auctoritati tot testium fide dignorum innixa, quæ dici solet (benè ne, an malè, non disputo) moraliter evidens, nec supernaturaliter falli possunt: ergo mala est explicatio. Quare alij cum utroque meo, Romanā in Universitate, incomparabili Magistro P. Nicol. Martinez in r. de Fide, & P. Mauro l. c. longè melius explicant evidentiā. Dicunt evidentiā in genere esse tam clarā objecti apparentiam, cui numquā potest subesse falsum; & ratione cujus claritatis excluditur non tantum prudens, sed etiam imprudens formido; nam prudens excluditur etiam à certitudine moralī, à quā tamen non excluditur imprudens. Ratio est; quia si evidentiā posset subesse falsum, jam non esset evidentiā; neque enim objectum appareret clarè, sed obscurè, ut patet in omni cognitione falsā. Deinde dicunt evidentiā metaphysicā esse, quæ fundatur in principiis metaphysicis, nempe in connexionē essentia cum suis passionibus, & passionum inter se, & e contra; physicā, quæ in principiis physicis, nempe in experientia, vel connexionē causæ cum effectu, & e contra; moralem, quæ in principiis Philosophiæ moralis, quibus genus humanum in operationibus suis regitur. Nos ergo in præsentī per evidentiā intelligimus talem apparentiam, quæ ratione suā claritatis excludit omnem formidinem non solum prudentem, sed etiam stultam de opposito; ad differentiam certitudinis moralis, quæ licet excludat omnem formidinem prudentem, non tamen omnem stultam de opposito.

Quintum est, certum mihi esse aliud esse certu-

certitudinem moralem, seu prudentialem, quæ juxta materiæ diversitatem diversa est, ut bene C. de Lugo d. 1. n. 316. minus enim requiritur fundamentum, ut sim moraliter certus de re facili, quam de difficili; aliud esse evidentiam moralem: evidentia enim moralis supra certitudinem moralem addit veluti visionem connexionis motivi cum objecto; ratione autem talis visionis, seu claritatis, intellectus ne quidem stultè dubitare potest de opposito; quidquid dicat Caram. n. 341. qui vult certitudinem moralem excludere omnem formidinem oppositi, cōfundens illam cum evidentia morali. Idem constat experientia: quilibet enim nostrum est moraliter certus se esse baptizatum, se a tali patre genitum, talem Hostiam esse consecratam; & hoc propter testimonium baptizantis, consecrantis, & matris; nec tamen habet moralem evidentiam eorum, quia de illis objectis potest imprudenter formidare: ergo aliud est evidentia moralis, aliud certitudo moralis.

Sexum est, aliud esse evidentiam credibilitatis, aliud evidentiam veritatis. Patet hoc ratione, & experientia: nam evidentia credibilitatis sumitur ab evidentia motivorum, per quæ res dicitur credibilis; evidentia veritatis non tantum sumitur ab evidentia motivorum, sed etiam ab evidentia connexionis eorum cum veritate rei, quæ dicitur credibilis: sed sæpe accidit, ut habeam evidentiam motivorum, per quæ res dicitur credibilis, & non habeam evidentiam connexionis motivorum cum veritate rei credibilis: ergo aliud est evidentia credibilitatis, aliud evidentia veritatis. Minor probatur: Fac enim, ut plurimi deponant, quod Petrus occiderit Paulum, quem reverà non occidit: ecce est evidenter credibile, quod Petrus occiderit Paulum, non tamen est evidenter verum, immò est falsum, quod eum occiderit: ergo evidentia credibilitatis, & evidentia veritatis sunt inter se valde diversa. Adeit aliud exemplum, quo evidenter ostenditur aliud esse evidentiam credibilitatis, aliud veritatis; nam Concilium Nationale Africanum, cui præfuit D. Cyprianus, existimavit Deum revelasse, quod Hæreticorum filij essent denuò baptizandi: ecce talis revelatio ob auctoritatem integri Nationalis Concilij erat evidenter credibilis, & tamen erat falsa, & supposititia: ergo aliud est evidentia credibilitatis, aliud evidentia veritatis, cum falsum possit esse evidenter credibile, non tamen esse potest evidenter verum. Idem frequenter videre est in idiotis, qui non dubitant esse eviden-

Tom. I.

ter credibile, quod Parochus illis proponit, & tamen sæpe vel ex invincibili ignorantia, vel ex malicia potest proponere falsum; quo casu illud, quod est evidenter credibile, non est evidenter verum, immò est certò falsum. Nota autem quod athenius rustici nixus revelationi falso apparenti, non est reverà fides Divina, quia, ut ait Trident. sess. 6. cap. 9. *Fidei Divina non potest subesse falsum*; sed est tantum fides Divina putativè, seu quoad moralitatem, reverà autem est fides humana falsa.

Septimum est, aliud est probabile, aliud est moraliter certum. Patet; quia licet moraliter certum, ut opponitur evidenti, dici possit probabile, impropria tamen est locutio; probabile enim, strictè loquendo, non tollit, ut toties dixi, à parte opposita prudentem probabilitatem, sed relinquit totam, quam habet: contra moraliter certum tollit à parte opposita omnem prudentem probabilitatem: ergo aliud est probabile, aliud moraliter certum.

Ex his patet 1. quod licet valeat consequentia, est moraliter evidens, ergo moraliter certum; non tamen e contra, est moraliter certum, ergo moraliter evidens; quia evidentia moralis includit certitudinem moralem, hæc autem non semper includit illam. Patet 2. quod licet valeat hæc utraque consequentia, est evidenter verum, ergo est evidenter credibile; est evidenter credibile, ergo non est evidenter falsum; non tamen hæc, est evidenter credibile, ergo est evidenter verum; quia latius patet evidentia credibilitatis, quam evidentia veritatis. Patet 3. non valere hanc consequentiam, hoc nec est evidenter verum, nec evidenter falsum, ergo est tantum probabile; quia inter evidenter verum, & evidenter falsum mediatur non tantum probabile, sed etiam moraliter certum. Patet 4. aliud esse probabile, aliud moraliter certum, aliud moraliter evidens: probabile non excludit à parte opposita omnem prudentem probabilitatem; & ideo in Tract. de Fide docui ad fidem nostram non satis esse probabilem tantum revelationis notitiam: moraliter certum excludit prudentem, non tamen imprudentem partis oppositæ probabilitatem: moraliter evidens excludit etiam imprudentem.

Octavum est, certum mihi esse, quod omnes aliæ sectæ comparatæ cum nostrâ Religione appareant evidenter prudenter incredibiles; hoc autem, ut rectè P. Ovid. contr. 4. de Fide n. 3. non quia præcisè nostra Religio est evidenter credibilis, aliæ sectæ sunt evidenter incredibiles; hoc enim

Ll

argumen-

- argumentum est nullum; ut enim utrumque contradictorium potest esse evidenter probabile, ita & utrumque evidenter credibile: ergo ex eo quod unum sit evidenter credibile, non potest inferri, quod contradictorium oppositum sit evidenter incredibile. Ratio ergo cur consideranti motiva credibilitatis nostrae fidei sint aliae sectae evidenter incredibiles, est; quia argumenta, quae sunt pro credibilitate nostrae fidei, opposito modo sunt contra alias sectas; haec enim continent plura evidenter falsa, & turpia; nam Athei Deum negant; Pagani, si sunt Gentiles, Deum multiplicant; si Turcae, obsecra docent; Heretici in Deum blasphemant, Dei providentiam, aliaque attributa negant, demum animos in vitia laxant, nullumque recentent verae virtutis cultorem, & nulla vera miracula; adeo ut omnes aliae sectae careant quatuor illis notis, quae in Symbolo Nicano verae Ecclesiae tribuuntur, quod sit Una, Sancta, Catholica, Apostolica: ergo omnes aliae sectae tam absolute, quam comparative ad nostram fidem sunt evidenter incredibiles, & non nisi imprudenter credi possunt.
- N. 32. His animadversis, status quaestionis non est de evidentiâ credibilitatis practica, qualem damus idiotis, sed de absolute, seu speculative constata ex consideratione omnium, aut ferè omnium motivorum credibilitatis, quibus Catholica Religio insignitur. An Religio Catholica sit non tantum evidenter credibilis, & credenda, ut dixi cum omnibus, sed etiam an ita sit evidenter vera, ut intellectus de opposito ne quidem imprudenter dubitare possit? Nota autem nomine Religionis Catholicae me non intelligere religionem veram, nam evidens est religionem veram esse veram; sed intelligo complexum eorum omnium, tam quae sunt juris naturalis, quam quae supernaturalis, quae Religio Romana docet, an sint evidenter vera, atque adeo, an Religio nostra, quam Catholicam dicimus, sit evidenter vera. Similiter nota me in praesenti non distinguere inter evidentiâ dicti, & evidentiâ rei dictae; quod enim ex evidentiâ dicti Divini inferatur evidentiâ rei dictae, nisi fiat quaestio de voce, defendimus ut certum in materia de Fide; atque adeo in praesenti perinde mihi est, dicere Religionem Catholicam, & mysteria à Deo dicta non esse evidenter vera, ac dicere, non esse evidens Deum ea dixisse, seu revelasse. Demum nota, ne fiat confusio, ut sit ab Adversariis, inter evidentiâ moralem, & certitudinem moralem, (quarum inter se differentiam dedi Not. 5.) nam certitudinem moralem de revelationis, & rerum revelata-
- N. 33. DD. tuentes nostram fidem esse evidenter veram, n. 37.
- N. 34. Non est evidens evidentiâ morali excludente omnem etiam stultam formidinem, vera esse nostrae fidei mysteria, & revelationem: DD. n. 38.
- N. 35. Quia non esset necessaria pia affectio, nec fides esset libera, nec egeret imperio, n. 39.
- N. 36. Est certum ex S. Aug. quod fides egeat eo imperio, ibid.
- N. 37. Cur pia affectio ad actum fidei requiratur? à n. 40.
- N. 38. DD. ibid.
- N. 39. Videtur certum post 19. damnatam ab Innoc. n. 41.
- N. 40. Aliae rationes, ibid.
- N. 41. Nullus actus evidens est à voluntate liberâ, n. 43.
- N. 42. Pia affectio supplet effectum evidentiâ, ibid.
- N. 43. Licet, ut teneat obedire, vel credere, debeat praeceptum, & mysterium esse evidenter credibile, non tamen debet esse evidenter verum, sed satis certitudo moralis de existentia praecepti, & mysterij, n. 44.
- N. 44. Nec stulte dubitare possum de credibilitate, & credenditate possum stulte de veritate, num. 45.
- N. 45. Obiectio, & solutio, n. 46.
- N. 46. Sciens, & credens ex S. Thom. diverso modo liberi & sciens est tantum liber considerare motiva, ijs tamen consideratis necessitatur ad assensum; credens adhuc consideratis motivis non necessitatur ad actum fidei, n. 47.
- N. 47. Intellectus à solâ evidentiâ, etiam absente discursu, necessitatur ad assensum, n. 48.
- N. 48. Certitudo moralis confunditur à P. Eliz. cum evidentiâ morali, n. 49.
- N. 49. Licet comparando motiva revelationis cum motivis Romae, illa sint maiora, quam haec, non tamen si qualibet motiva cum suo obiecto comparentur: Explico, n. 51.
- N. 50. Oritur à voluntate, quod Fidelis sit paratus negare

rum veritate non negamus, immò affirmamus esse moraliter certum, quod detur revelatio, & mysteria revelata, & esse moraliter certum esse vera; negamus tamen dari evidentiâ moralem de veritate revelationis, & mysteriorum, exclusivam non tantum formidinis prudentis, quam etiam excludit certitudo moralis, & haec satis iuxta nos est, ut illam excludat, sed etiam exclusivam formidinis imprudentis, & stultae.

§. II.

Vera sententia.

SUMMARIUM.

DD. tuentes nostram fidem esse evidenter veram, n. 37.

Non est evidens evidentiâ morali excludente omnem etiam stultam formidinem, vera esse nostrae fidei mysteria, & revelationem: DD. n. 38.

Quia non esset necessaria pia affectio, nec fides esset libera, nec egeret imperio, n. 39.

Est certum ex S. Aug. quod fides egeat eo imperio, ibid.

Cur pia affectio ad actum fidei requiratur? à n. 40.

DD. ibid.

Videtur certum post 19. damnatam ab Innoc. n. 41.

Aliae rationes, ibid.

Nullus actus evidens est à voluntate liberâ, n. 43.

Pia affectio supplet effectum evidentiâ, ibid.

Licet, ut teneat obedire, vel credere, debeat praeceptum, & mysterium esse evidenter credibile, non tamen debet esse evidenter verum, sed satis certitudo moralis de existentia praecepti, & mysterij, n. 44.

Nec stulte dubitare possum de credibilitate, & credenditate possum stulte de veritate, num. 45.

Obiectio, & solutio, n. 46.

Sciens, & credens ex S. Thom. diverso modo liberi & sciens est tantum liber considerare motiva, ijs tamen consideratis necessitatur ad assensum; credens adhuc consideratis motivis non necessitatur ad actum fidei, n. 47.

Intellectus à solâ evidentiâ, etiam absente discursu, necessitatur ad assensum, n. 48.

Certitudo moralis confunditur à P. Eliz. cum evidentiâ morali, n. 49.

Licet comparando motiva revelationis cum motivis Romae, illa sint maiora, quam haec, non tamen si qualibet motiva cum suo obiecto comparentur: Explico, n. 51.

Oritur à voluntate, quod Fidelis sit paratus negare